

Joh. Chr. Frommann. Tractatus de Fascinatione.
1675.

S. 186

Schlangenbeschränkung

Idem Autor [Wierus] lib. 5. p. m. 366. formulam
quandam, qua incantatores serpentes conjurant,
trahit.

Adjuro te serpens hac hora, per quinque sacra
vulnera, ut hoc loco consistas, nec movearis,
tam certo, quam Deum ex virgine pura natum
esse constat. + Exorcizo te serpens in nomine
Patris, Filii & Spiritus S. + Impero tibi
serpens per Dominam nostram Divam Mariam, ut
mihi obsequaris, quemadmodum cera igni, & ignis
aquae, ut nec mihi, nec ulli Christiano noceas
tam certo etc. etc.

Speciosa haec, & quia sacris nominibus est con-
spicua, pia primo intuitu simplicioribus, qui
latentem, ut dicitur, in hac herba anguem (in-
fernalem) non sentiunt, formula videtur, quae
tamen impietatis est plena, id quod demonstren-
di in rationum pro Fascino vocali allatarum, ad
quas jam tendimus, solutionibus uberius submi-
nistrabitur occasio.